

th. xci.
5.

th. xcii.
th. xl.
lv. lxxx.
th. xciii.
lv. cxlv.

th. xciiii.
th. lxxxv.
lv. cxvii.
th. xcvi.
lv. cxix.

th. xcvi.
lv. clxxxij.

th. xcviij.
lv. cxxi.
lo. cv.

th. xcviij.
5.

th. c.
th. xcviij.

th. ci.
5.

& seruus sicut dominus eius; **S**i patrem familias belzebul uocauerunt. quantum magis domesticos eius. ne ergo timeatis eos;

Nihil enim operatum quod non reuelabitur. & occultum quod non sciatur; **Q**uod dico uobis in tenebris. dicite in lumine; & quod in aure auditis. praedicare super terra; & nolite timere eos qui occidunt corpus. animam autem non possunt occidere; sed potius eum timeat. qui potest & animam & corpus perdere in gehennam; nonne duo passeret asse ueniunt. & unus ex illis non cadit & super terram sine peccato uro. uiri autem & capilli capitis omnes numerati sunt; nolite ergo timere. multas passeribus meliores estis uos; Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus; confitebor & ego eum coram patre meo. qui est in caelis; **Q**ui autem negauerit me coram hominibus. negabo & ego eum coram patre meo. qui est in caelis; **N**olite arbitrari quia uenim mittere pacem in terram. non ueni pacem mittere sed gladium; ueni enim separare hominem aduersus patrem suum. & filium aduersus matrem suam. & uirum aduersus socrum suam. & inimicum hominis domesticum;

Qui amat patrem aut matrem plus quam me. non est me dignus. & qui amat filium aut filiam super me. non est me dignus; & qui non accipit crucem suam & sequitur me. non est me dignus;

Qui uenerit animam suam. perdat illam; & qui perdit animam suam propter me. inueniet eam; **Q**ui recipit uos. me recipit; & qui me recipit. recipit eum qui me misit; **Q**ui recipit propheta in nomine prophetae. mercedem prophetae accipiet; & qui recipit iustum in nomine iusti. mercedem iusti accipiet;

Et quicumque potum dederit uni ex his minimis istis. calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli. Amen dico uobis non perdat mercedem suam;

CAPITULUM XXXII. **C**ONSUECITUS. **H**IC
praecipiens duodecim discipulis suis. transit inde in dolichum.

th. xcviij.
th. c.
lv. cxv.
lo. cxxi.

XI.